

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 4147

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars I. Wien 1799.

471

C O D I C E S

472

*familiaris &c. Vide Vol. I. P. I.
col. 816. Singulis Opusculis Lib-*

*arius praeter pias preculas sub-
scripsit:*

Penna gradum sisto, quoniam liber explicit iste.

CCLXVII.

R. 3078 Codex membraneus lat. Sec. XIII. Folior. 184. f. per duas columnas nitidissime scriptus, rubricis distinctus, olimque *beate Marie virginis in Pawmgartenperig, Ordinis Cisterc.* in super. *Austria* inscribitur: *Omelie Johannis Crisostomi Super Matheum.* Praeit Capitulare *Homiliarum XL.* Dein *Incipit Prologus Beati Johannis Episcopi In Opus Sequens.* Nempe: *Sicut referunt. matheum conscribere evangelium causa compulit talis &c.* Opus Autoris incerti jam saepius Vol. I. a me relatuum in hoc Exemplo sifit inverbis: *Si quis autem ministerium hoc per illum (illos) putat impletum, qui in actibus apostolorum leguntur.* Atque in iisdem sifit, observante Montefalconio edit. Maur. Opp. Chrysostomi T. VI. Paris. 1724. f. p. CXCVI. etiam Codex Carthusianorum *Vallis Dei*, aliis Exemplis ad C. 25. *Matthaei et Homiliam* LIV. progradientibus. Texum nostrum satis probum conferringo deprehendi.

CCLXVIII.

U. 167 Codex membraneus lat. Sec. XIV. Folior. 76. f. per duas columnas sat bene scriptus, rubricisque illustratus, multis tamen locis emendatus et subpletus testamen-

to M. Conradi de Hildeshem Theol. Baccal. et in Decretis Licentiati, de quo nihil compertum habeo, obvenit *Librariae Collegii Theol. et Artij. Wienne*, ut Theca anterior praefert. Continet vero dupli titulo: *Omelarium Crisostomi Alias de opere imperfeto*, seu *Commentum Crisostomi episcopi super evangelium Mathei*, cuius initium: *Sicut referunt matheum conscribere evangelium causa compulit talis &c.* De *Homiliis his Johanni Chrys.* subpositis non semel egi superiore Vol. Extant in edit. Opp. Mauriana Paris. T. VI. pag. XI. numeroque sunt LIV. At nobis hic aliter divisae abrumpuntur *Homilia XL.* in expositione Cap. XXIII. v. 37. his verbis: *qui lapides quosdam iactant super apostolos et prophetas*, quae in Editis occurunt *Homil. XLVI.* pag. C-XCVI. Aliquot igitur Codicis cetera probi folia excidere.

CCLXIX.

Codex chartaceus lat. Sec. XV. R. 499 Folior. 115. f. per duas columnas nitide scriptus, et posteriore parte miniatus multa complectitur D. Joh. Chrysostomi in antiquis Versionibus latinis, et in primis Sermones LXXI. praevio Elencho, quorum I. *De Genesi et Dignitate humane conditionis*, qui incepit: *Dignitas humane conditionis facile*

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 4147

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars I. Wien 1799.

473

P A T R I S T I C I .

474

facile agnoscitur &c. et extat T. I. edit. mere lat. Lugd. 1687. p. 206. f. per cuius Editionis Tomos VI. et subsequi Sermones disperfi sunt, quos omnes suis paginis designare, operaे pretium mihi vi- sum non est. A fol. 77. p. 2. suc- cedunt alia Ejusdem Opuscula: De Reparatione Lapsi. De Compun- Elione prima et secunda. De Psal- mo quinquagesimo. De eo, quod scriptum est: Vae mundo a scan- dalis. De eo, quod nullus ledit ali- quem, nisi prius ipse se leserit. De penitentia, quae pariter, praeci- pue T. V. praedictae Editionis continentur, et a nobis jam alias etiam relata sunt. Ad calcem le- gas: Anno domini Millesimo Qua- dringentesimo XXX^{ro}.

II. fol. 109. sequitur: De ti- tulo triumphali et laude nominis iesu. Secundum Berardinum de Se- nis sermo. Virum hunc ex O. M. anno 1444. vivis exemtum insig- nem fuisse propagatorem cultus venerandi hujus Nominis, notum est, testanturque in hanc diem Ae- dibus apud nos quibusdam praefi- xae radiatae literarum IHS Effi- gies a Job. Capistrani ejus Discipu- li temporibus. Sermo praesens ex- stat Tomo IV. Opp. Lugd. 1650. p. 8. f. inscriptus de Circumcisione Domini. Verum totum ibi deest, quod tres nobis columnas occu- pat, Exordium. Ita Editores sae- pe aut imperfecta sequuntur Ex-emplaria, aut agunt pro arbitrio. In edit. Thema ponitur: Vocatum est nomen Jesu. Luc. 1. nobis vero: Jesus nazarenus rex iudeorum. Job. 19. tum ita inchoatur: Ad

laudem et gloriam nominis regis noſtri ihesu christi traſtaturi de ti- tulo triumphali tria circa hoc ante omnia prenotemus. Primo titula- rem occasionem. Secundo litteralem variationem. Tercio diuinalem di- spensationem. Haec porro singula- fuse edifferuntur ne verbulo qui- dem facto de Circumcisione, dum tandem in iis verbis: Primo qui- dem nomen regis ihesu dulcorosum est propter spem veniae &c. Co- dex et Edita concurrant. Sed et hic praepotera crisi usus Editor τὸ dulcorosum in dulcissimum mu- tavit, ignarus nempe, quam stu- diosi fuerint Oratores illius aevi Partitionum ὀμωτελευτῶν, ut hic Dulcorosum, Gratosum, Glorio- sum.

CCLXX.

Codex membraneus lat. Sec. R. 75 XII. Folior. 45. 8. nitide exara- tus, titulisque olim miniatis insig- nitus, quos tamen putidus quidam homuncio penitus abrasit, com- plectitur Opuscula seu Sermones VI. S. Ephraem Syri Nisibeni clari Sec. IV. Scriptoris, cujus Operum splendidam habemus Editionem syr. graec. et lat. Romae 1732—46. T. VI. f. Et mature quidem Viri celebritas et Scriptorum praefantia interpretes in utra- que lingua naœta est, quorum nec nomina tenemus. Hos inter cenfe- turis, qui Opuscula nostra Latio donavit; non enim, quae Codicis aetas est, aut ad Ambrosium Ca- mald. aut ad Petr. Fr. Zinum, qui quaedam Ephraemi traduxer- re,